

rata est anima nostra; hac ipsa autem insuleatio (est) opulentorum, hic ipse contemptus (est) superbiorum; h. e. ab utrisque proficiscitur, iisdemq; tanquam proprium in quartò modò adhæret; quippe sic enunciari solent ea, quæ alicui sunt propria, per sequens (7) quale & hîc cernitur ante גאיונים. Accentuationem hanc, ut & constructionem observavit Vulgatus: opprobrium abundantibus & despectio superbis. item Cajetanus: illusio sumus quietorum, despectio sumus superbis. Moguntina: wir sind den reihen zur Schmach / und den hochmütigen zur Verachtung worden. Junius: ista sanna tranquillis ipsis, iste contemptus obvenciat superbis. verùm imprecativè hæc dici, non colligi potest è structurâ textus. De convitiis piorum vide sis 1. Cor. IV, 12. Sap. V, 3.

השננים tranquillorum:) qui nimirum altâ fruuntur (vel veriùs, abutuntur) pace, qui securi sunt ob successus in mundò prosperos, adeoque fideles Dei fervos elatò despiciunt animò, &c. Ita namque nomen שָׁנַן (à radice שָׁן geminatâ radicali tertiâ, usurpatur de homine in seculò hòc felice, cui pius lampas est contemta, Job. XII, 5. sic Amos. VI, 1. v. השננים in Zione, & confidentibus in monte Someron, Zach. I, 15. ira magna irascor contra gentes השננים: Jes. XXXII, 9. ii. fœminæ שָׁנַן surgite, pavete. In bonum verò accipitur Jes. XXXII, 18. habitabit populus meus בְּמִנְחֹת שָׁנַן in quietibus tranquillis: & c. XXXIII, 20. oculi tui intuebuntur Jerusalem נְרַח שָׁנַן habitationem tranquillam. (Lutherus olim: der Reichen Spott / postea der Stolsen.) Ante nomen hoc subintelligendum esse (7) docet membrum subsequens.

גאיונים superbiorum:) qui videlicet animò sunt tumido, atque præ cunctis aliis eminere ac videre volunt soli. id namque colligitur ex radice גָּאָה emineat, & nomine גָּאוֹן fastus, eminentia, de quâ Prov. VIII, 13. Forma autem hæc גאיונים (ubi tertia radicalis ה transiit in דוד,) alibi non legitur in sacris; composita verò creditur à nonnullis, annotante Kimchio, ex duabus, nempe ex גָּאוֹן vel גָּאָה in regimine superbi & יוֹנִים populatorum, [quorum collimat Campensis: hominum violenter superbiorum:) & rursùs alio modo ראִשֵׁב: contemptu gentium, quæ contemnunt גָּאוֹן יוֹנִים vallem columbarum, i. e. Jerusalem: unde etiam refertur inter istas dictiones, quæ scribuntur voce unicâ, leguntur tamen ut duæ. At tamen simplicior est Kimchii ac Aben Esra sententia, (7) esse ex (ה) sicut in גאיונים superiores, ex הֵלָה ascendit. (Lutherus: der Hoffärtigen.) quibus ipsis adstipulatur Capellus crit. sac. f. 78. 79. adducta infimul exemplarium variatione, quo-

A rum quædam ut unam, quædam ut duas, exhibent hanc ipsam vocem.

USUS PRACTICUS E VERSU I.

- [1] Varius est oculorum in angustiis motus: de subfidis circumspiciunt undique: Pf. LXIX, 4.
- (2) Optimus eorum scopus est Cælorum Dominus: Pf. CXXI, 2.
- [3] Dirigenda eò omnis anima nostræ intentio, per devotam meditationem suspiria fervida, spem, fidem, &c. L. de precibus. præc. I. & II.
- [4] Deus manet in Cælis, non inclusivè, sed majesticè cuncta regendo &c. Pf. CXV, 3. LVII, 4. CXXI, 2.

USUS E VERSU II.

- [1] E quotidianò domesticorum nostrorum genio discendum nostrum erga Deum debitum. Non sine causâ Salvator parabolas petiit ex rebus quotidie obviis, agris, vineis, arboribus, nuptiis, &c. ut sic ubivis haberemus certa memorialia.
- (2) Si sapimus, omnia nostra unice ex Domini supremi manu benignâ rogamus, expectamus, usurpamus, [1. Cor. IV, 7.] cuncta ad ejusdem, nutum componimus, ut ipsum habeamus faventem; cuncta adversa ac ignominiosa in sinum ejus recondimus, & nos totos ipsi committimus, &c. Pf. XXXVII, 5. LV, 23.
- (3) Ad hanc Manum mentis nostræ Oculi diriguntur unice ut devoti, cupidi, fiduciales, &c.
- [4] Misericordia Domini expectanda patienter; donec &c: humillimè, servi enim sumus imbelles ac despecti; fiducialiter, Dominus enim potest & vult juvare.

USUS E VERSU III.

- (1) Commiseratio Dei multoties implorari debet, non cessandum, etiamsi una vox non penetret: conf. Pfal. LI, 2.
- [2] Contemptus & Ignominia, afflictionum hant postrema. de vitio ipso v. præc. V. & VIII.
- (3) Satietas ciborum admonet nos oppletionis panarum post voluptates. Prov. XIV, 13.

USUS E VERSU IV.

- (1) Repetitis crescentibusque opprobriis ingeminanda etiam ac repetenda tantò crebrius nostræ preces.
- (2) Irrisio malum insigniter excrucians, Satanaque filiis familiare: Job. xxx, 1. Thren. I, 12. Pf. CXXXVII, 3. LXIX, 21. Matth. xxvii, 40.
- (3) Sed irridentes irridebuntur: Pf. II, 4. XXXVII, 13. LIX, 9. Prov. I, 26.
- (4) Tranquillitas mundana æternam post se trahit inquietudinem.
- (5) Superbis parata sunt tormenta infinita. Ezech. XXXIII, 32. Pf. XXII, 7. 1. Cor. IV, 13.

PSALMI CXXIV. DISPOSITIO.

Duce Deo evasimus. Sevitia hostium.

Est hîc I. periculi descriptio: ubi [1] periclitatio: Israël totus, cujus omnino est hoc crebrius recolere, dicere aut profiteri: (2) protector: Deus nobiscum faciens: v. 1. 2. (3) adversantes: homines adversus nos surgentes: v. 2. (4) periculum: (a) absorpsissent nos vivos in irâ sua: v. 3. (b) aque operussent

nos: [c] torrens transfussit super nos: v. 4. 5. II. Ereptorum gratitudo: (1) Benedictus sit Deus; (2) ratio: (a) non dedit nos prædam dentibus ipsorum: v. 6. [b] anima nostra instar volucris ex laqueo evasit: v. 7. III. Conclusio: auxilium nostrum in nomine Dei creatoris: v. 8.

PSAL-